



1 **acus, ĕris.** subs. n. **FORMA** de declinatione ambigitur, plurali numero ut *iv^{ae}* declinationis f. *apparente* COLUM 2.10.14. **ETYM** fortasse cum *acies* coniunctum. **DLAT** *aceratus, acerosus, acerale*. [FREQ minima 10^{indicia} 0,63^{/d.c.m.} 234-149 CATO] uocabulum *perrarum antiquum, quod ante saec. II ec. abolitum est; scriptis technicis ad agri culturam pertinentibus inuenitur*.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	exponendo	11	3,7
DIACHRONICA	III-II aec.	2	5
	I aec.	5	1,8
	I-II ec	4	1
DIAPHASICA	media	11	0,81
DIASTRATICA	technica	11	4
MODUS	prosa	11	0,8

¶ **a** *segetum palea • granza, cascabillo, afrecho, salvado o cascarrilla seca del grano* [HYPER *palea*] 234-149 CATO Agr 37.2. *Stercus unde facias: stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus. 54.2. acus fabaginum. 37 VARRO Rus 1.52.2. Ita fit ut quod leuissimum est in eo atque appellatur acus ac palea euannatur foras extra aream. 60 COLUM 2.10.14. durissimae quidem acus reiectae separataeque erunt a cudentibus.* 📖 PAUL FEST p8. *Paleae etiam quaedam de frumento acus dicuntur. NON 1.62. Varro De re rustica. ut quod leuissimum est in eo atque appellatur acus ac palea euannatur foras extra aream.*

a palea dissiliebat quia acus tritum spicae residuum erat, stipula in palea addita erat • se diferenciaba de palea en que acus era el residuo triturado de la espiga, en tanto palea incluía también el tallo 79 PLIN Nat 18.99. *acus uocatur, cum per se pisitur spica tantum, aurificum ad usus, si uero in area teritur cum stipula, palea.*

b *frumenti residuum quoque designauit, quod alimentum hominibus inutile erat, sed aliter late usitatum; id aedificiis construendis adhibitum esse notum est, argilla mixtum ut insectos prohiberet • designó asimismo el resto del grano, inservible para la alimentación humana, pero de amplio aprovechamiento; se sabe que era utilizado en la construcción de edificios, pues se mezclaba con arcilla para evitar la acción de insectos* 37 VARRO Rus 1.57.2. *Parietes et solum ... ex argilla mixta acere e frumento et amurca, quod murem et uermem non patitur esse et grana facit solidiora ac firmiora.*

item ut certorum animalium lectus, ut gallinarum • también como lecho para diversos animales, entre ellos las gallinas 37 VARRO Rus 2.9.12. *Substernitur eis acus aut quid item aliud, quod molliore cubili facilius educentur.* 📖 VARRO Ling 5.167. *Posteaquam transierunt ad culcitas, quod in eas acus aut tomentum aliudue quid calcabant, ab inculcando culcita dicta.*

c *combustibilis maxime res • cierto combustible muy calorífico* 79 PLIN Nat 18.99.